

Lwowska Naukowa Biblioteka im. W. Stefanyka NAN Ukrainy. Oddział Rękopisów.
Zespół (fond) 209.
Archiwum Baworowskich

457. Materiały dot. spraw majątkowych Baworowskich z lwowskim konwentem sióstr
miłosierdzia dot. majątków Łoszniów i Łuka Wielka 1832-1854, K. 60.

STRONY NIEZAPISANE NIE ZOSTAŁY ZDIGITALIZOWANE

24

ВЕРХНЯЯ ПИЛКА 18.700Р
ВИДАН РУКОПИСИ
№ 115ab457

2010

N 16

Josephus et Felicia Comites

Bawonowstue

©

Fiscum nomine Sororum Charitatis Leopoldin.
pcto 6655 flr 27 6 gr.

18-60

56 apr.

D.D. Salve

Excelsum iudicium!

D.D. Josephus & Felicia Cam Rawson,
iuxta in causa ob Tisi nomine Guffi,
tuti sororum Charitatis Copolicensis
punito solationis Summo Ob 3. 27 6. 9.
in anno. holl. alteram vicium meum
frum ad duplicandum petent
salationem, quia superata nu.
per primum propensione origi.
narium Replice. De tempore
est expetenda ~~est~~ ubi
is informationis quociques
cum in Replice nova juncta
sunt allegata. Et ~~trinitatem~~
equidem ut pote quatuor
luris conscripto, nullum em,
poni spatium abserbet. Sum quia
dua ex parte defensionis admini.
cula plurimum conquisuntur. Quae
debe licet Defensi Excelso iudicio
supplicatur.

18. VII. 1732



Excelsium Judicium!

D.D. Josephus et Felicia com. Praworowskie
in causa fisci Reg. Instituto sororum Chari-
tatis Leopoldi assistentis puncto 6655ff. 2/6gr.
in aereo hoto. c. sc. agitata originalia Actio-
nis de mos. 3. Junii 1732 ad N^o 15099 exhibita
visuri. Excelso Judicio supplicant termi-
natum ad superandam hanc inspectio-
nem profigi. partesque ad citari -

Rempotentia sub N^o 1 incutio
retinenda

Supplicatio

23217 62.

M. 18. Augusti 832

23217

Deinde superando huius inspectio,
nisi ut supra die 24. Sept. 832 h. N.
modo hic iudicia comparat.

Actum in Cons. C. R. Fori Nobilium
Leopoldi die 22. Aug. 832

Leopoldi
15. 7. 832
ad 17. 7. 832

Abosy I. 24+

Edita declaratione
Aduti Tustanowski,
quod actionis allegata
B. C. E. K. M. pro origi-
nabibus non vitiosis,
jam vero sub H. D. G.
H. J. in copias tabulari-
bus simplicibus, demum
sub H. C. L. ita ut ad
jacent producta sint,
superatum. - Deinde
tum in Consilio C. R.
Fori Nob: Leopoli die
24. Sept: 832. -

Zalubowicz
Josephus
27. 30. 832 in duplo
Josephus

Ad

Excelsum C. R. Forum Nobilium
Leopoldi

ad Num. 15099
8/32

D. D. Josephus et Felicia Com. Baworowitice
contra

Fiscum Reg. Justitulo Sororum charitatis Leopoldi
existentem

puncto 66 55 pp. 27 1/2 gr. in
cuero hote pond. c. v. c.

terminum ad inspectionem origi-
nabium actionis profigi partesque
aditeri supplicant.

Josephus

D. D. Josephus et Felicia Com. Baworowitice
et D. D. Adam Suffanowicz



Excellsum Iudicium

Adversus Actionem Societatis Regii nominis instituti oratorum charitatis Leopoldi: puncto solutionis Summae 665 ff 27 ff in auro hollandico c. s. c. sub pres. 3 Junii 832, ad summam 150 ff institutam, consenti D. Josephus et Felicia Com. Baronensis recipientem ferant Exceptionem: Et nullo modo et ex nullo allegatorum in actione Summae a consentis peti potest, idoque actionem hanc infundatam esse sequentibus demonstratur:

1. Contractus obligatorius A, qui pro fundamento petitionis actorum assumitur anno 1791 conclusus, qua per gratentate dt. 20 Martii 783 N X expresse prohibitus nullam vim obligatoriam habet, imo per alterum gratentem scilicet Joannem Charnecki non subscriptus ab Aesse Resolutione dt. 24 Julii 832 N 232 ff circa iudicium lem inspectionem in originali non productus ad N nul. lam probationem facit, idcirco negatur Josephum Dulski ab Joanne Charnecki Summam 62 ff idque in specie auroreorum numerosam hollandicorum manus accepisse, nec oblatio ejus in actis extraneis, nec insinulatio apud hujas Tabulas, quia documentum, quomodocumque authenticatum fuerit, vices originalis non supplet et absque productione autographi nec pro genuino recognoscitur, neque fidem facere potest.

N. J.

2. Quasi dato non concessa, Josephus Dulski revera Summam 62 ff apud Joannem Charnecki contraxisset, tamen actor non demonstrat, eam esse liquidam vel quancumque evictam, imo patet ex Extracta Tabulari Ex pres. 37 status actoris, quod Joannes Charnecki a processu respectu hujus Summae intentato recesserit

hocve ipso Summam hanc liquidam non esse agnovit,
non evictis itaque principalis fundo, frustra ex jure sub
hypotheca inactionata Summa pretenditur. allegatum
Lommis considerationis capere eadem, sequidem de
de Resolutione N^o 1 in originali aut saltem forma
probante productum non fuerit. -

3^o Juxta allegatum A Summa C^o 2^o ff. solvenda fu.
it anno 1494, ab hoc vero tempore Joannes Chet.
nechi jus suum nunquam prosecutatur aut validum
reddidit, ipsius obstat et opponitur eidem juri pro
scriptis 20 annorum vi § 676 et 677 Cod. Ci. gali.
part III, tum § 1448 et 1449 Cod. Ci. unio. cumq.
subhypothecarius creditor in tantum solum habe.
at jura, in quantum talia principali creditorum
petant, consequenter extincto principali jure etiam
jus subhypotheca, veluti accessorium, extinguatur,
et cessante fundamento ipsum fundatum suat ne.
cesse est. -

4^o Pronotatis Summarum 1000 ff. et annua pensio.
nis 500 ff. super prefata Summa C^o 2^o ff. de pres.
144 § 1^o 1498 impetrata, nullam habet vim, par.
tim quia in sermone legalis 14 dierum justificata
non est, jam vero jurata § 8. habul. tum
D. A. N^o 189 q^o 1^o 1496 N^o VII et N^o 22 Junii 1497
N^o 360 pronotatis non justificata omnem vim
ipso facto amittit. partim quia Titius de ne.
quidem nunc pro justificanda hac pronotatione
concludit, partim demum, quia nec Thomas Lomon.
ski nec ejus successores contra proprietarios bo.
norum Lomonion et Luka mox dictas Summas
10^o ff. et 500 ff. unquam liquidarunt, et jus ad has
Summas validum reddiderunt, consequenter juri
illorum ad petendas has Summas, respectio
autem ad residuam quosdam 665 ff. 2^o § 1^o ex



hypotheca bonorum Lascion et Luka proscriptum est,
haecque proscriptio discrete apponitur -

5^o Sententia sub V producta sapientes modernos non
ligat, quia hoc non contra proprietarios bonorum
Lascion et Luka sed tantum contra Joannem Char-
necki absentem et haud rite defensum impetrata
est. jam vero pro uti Joanni Charnecki iusta supra
demonstrata, nullum jus nullaq; potentia ex bonis
Lascion et Luka competebat, ita etiam nullo
minus ejus creditari jus aliquod adjudicari va-
let. pariter attributio Summa 655 ff 29 696
et majori Summa 10^m ff ut in impetrata, nullum ha-
bere potest effectum, quia ipsa attributio melius,
aut fortius jus non gignit, et nec Summas 10^m
et 500 ff subhypothecatas, neque principalem
fundum 62^m ff liquidum facit, neque etiam modernos
conventos negotium inter Joannem Charnecki et Tho-
mam Lascionski, seu ejus successores laud inhan-
tes, quoquo modo obligat

6^o Actor non producit jura petendi, quibus Summa 10^m
et 500 ff nituntur, hisque non productis iudicari
non potest, an et in quali specie moneta eodem
Summa per Joannem Charnecki pro se Thomam Lascion-
ski fuerint inscripta, negatur vero Summam 10^m
in aureis numis hollandicis fuisse contractam, aut
in tali specie retro solvi debere - neque tantus nume-
rus numerum aureorum datur, ut roborandam Sum-
mam 10^m efficiat, neque numerus aureorum retro-
solvendus reputatus est. stipulariaq; soluit, imo
non productis jure petendi, negatur Joannem Char-
necki apud Thomam Lascionski contraxisse Summam 10^m

eius pensionem annuam 500^{fl} quousque Summa illa re-
soluta non fuerit, inscripserit, ac pendere se ob-
ligasse, negatur etiam usuras 5% ab illa Summa
1000^{fl} deputatas fuisse, aut curere voluisse
propterea inscriptio pensionis annua per 500^{fl} tam
diu pendenda, donec capitalis Summa 10^m fl
lata fuerit, et scorsim prostaticis usurarum 5%
est aperte illegalis, et gravitatem usurariam redo-
let, atque legibus patens: dt. 29 Januarii 1787 lum
dt. 25 Febr. 1791 N^o 117 et dt. 2^{da} Febr. 1791 dt. 2^{da} Febr. 1791
259 Cod. civ. gal. part. III et 1796 Cod. civ. univ. dan.
natur, omnisque obligatio propter determinationem le-
galium usurarum pro nulla declaratur - nequit i,
haque sustineri, Joannem Oxarnelli propter usu-
ras 5% etiam annuam quotam 500^{fl} tam diu pen-
dere fuisse obligatum, donec Summa capitalis 10^m fl
resoluta fuerit, adeoque omnis computus et divisio
acsi ^{inter} Successores Thomae Losienski peracta, erronea
est, nullamq. erga proprietarios bonorum Lasanion
et Luka operatur obligationem - allegatum A septe
Resolutione N^o 1 in originali non productum pa-
rit nullam meretur reflexionem, et negatur hocce
allegatum vices additionis hereditatis olim Thomae
Losienski suppleret negaturq. Apolloniam de Losienski
Lukienicorova fuisse heredem olim Thomae Losienski, aut
Summam 6655^{fl} 27⁶ q. ipsi ex majoribus 5^{fl} 10^m fl
et 500^{fl} competuisse, vel quotam hanc in Antoni-
um Lukienicorovi ac dein in institutum sororum charita-
tis Leopoldi devolutam esse.

17^o Exipientes nec ad solutionem Summarum 10^m fl et
500^{fl} vel partis ejus scilicet 6655^{fl} 27⁶ q. in ge-
nere neque in specie in aureis hollandicis, Stringi

prossunt, primum ideo, quia proprietarii bonorum Losanion
 et Luka desuper-pretatione summa 10^m ff. et 500 ff. nun,
 quam fuerunt informati, informati quibus negatur
 jam vero propria actoris allegata Summam
 principalem 62^m ff. pridem ante annum 801 in toto
 fuisse pacificatam, qua pacificatio absque informa-
 tione de suboracione omnino valide fieri potuit,
alterum ideo, quia species aurea moneta circa pra-
 notationem Summarum 10^m ff. et 500 ff. ut B. V. C. Enn.
 occurrit, adeoque ad determinatam speciem in aureis
 hollandicis petendam jus reale nequaquam extendi
 potest, id quod etiam de usuris ab illis Summis in-
 telligendum est.

N^o 2

8^o Olim Victor Com: Barorowski, jurisdator D. Josephi
 Com: Barorowski, emitt bona Losanion in publica licitatio-
 ne coram A. Foro Nobil: Stanislaop: anno 820 celebra-
 ta pro oblato pretio 400^m ff. hestque Decreto domina ad
 eadem bona extradito sub N^o 2 residuum Summa 62^m ff.
 ex qua actor satisfactionem suam querit, ad deportan-
 dam sibi precomissum non habet, quoniam igitur ultra
 oblatum pretium nil prestare obligatur, actor vero nec
 asserit multo minus probat, quoniam Summam
 in pretium hoc intrare, et circa extricationem quareta-
 lis, pro liquida agnitam, collocatam, esse, dubio caret,
 quod conventi etiam hoc sub respectu ad solvendam in-
 actionatam Summam non tenentur. Id ipsum valet etiam
 de bonis Luka wielka, que pariter in publica licitatione
 vendita sunt ut N^o 3, quoniam vero Summa rursus ad
 deportandum precommissa non est.

N^o 3

9^o Conclusio actoris, ut conventi ad solutionem inactionatae Summae
 6655 ff. 27^o 696 cum usuris adie Martii 822 condemnentur,
 est infundata, et subsistere non potest, quia proprietarii bo-
 norum Losanion et Luka cum olim Thoma Lasienski vel es-
 sui Successoribus nihil ad agendum habuerunt. adus

inter illos et Joannem Carnethi quosdam, non inharunt,
neque Thoma Lovienki debitores unquam fuerunt, adeo
Cisus Regis jus non datur, modernas exigentes
pro solutione inactionata Summa immediate solu-
vandi, hoc conclusio ejus adversatur § 447. 461 et
466 Cod. Civ. quae expresse creditorem ad rem approp-
riatam relegant, hinc deberet Cisus Reg. con-
formiter prescriptis legum satisfactionem suam
ex residuo Summa 62^m ff in quantum talis debe-
retur, querere, atque hanc Summam super qua hy-
pothecam se habere contendit, ex jure reali liti-
gationi exponere, atque ad quietum obtinendum, quo
sensionem suam regulare

10^o. Non valet etiam conclusio contra exigentes ad u-
sas a die 1. Martii 1882 solvendas, quia illi ad so-
lutionem Summarum 10^m ff et 3000 ff seu residua
liti 655 ff 29^o ff nunquam obligabantur, et nec
ex pacto nec ex lege in mora fuerant, consequen-
ter vi § 1334 Cod. Civ. quatenus usuras solvere
non tenentur, in super autem ejusmodi usuris ob-
stat et opponitur prescriptio triennalis, siquidem
nec jus ad capitale, nec ad usuras contra proprie-
tarios bonorum Lovianorum et Luba unquam prose-
cutum vindicatumque fuerit, ullam aliquando eade-
m interpretationem intercessisse dicere negatur.

11^o. In pessionis casu etiamsi dato non concesso, imo iteru-
m negato, aliquid Thoma Lovienki vel ejus successo-
ribus obvenisset, atque exigentes illud restituere tene-
rentur, tamen nequaquam Summa inactionata 655 ff
29^o ff deberetur, quia deficiente allegato actionis ad
rationem Summa 1000 ff jam quota 5000 ff persoluta
et acquiescens atque exstincta est, consequenter non
nisi residua quota capitalis 4300 ff remansit, quam in
Val. Vien. pars altera, si aliter non oblatent, modo

supra citato in residuum quantum ex Summa 62^m ff si quod ad,
 esset, exequi valeret, nunquam autem licet summam 15500^{ff}
 ex illicita pensione annua et usuris conflataam iuxta al.
 legatum I, cuius originale alioquin productum non est, et
 quod proprietarios bonorum Loranion et Luka non obligat,
 pro reali debito assumere aut usuras ab anno 1778 ad
 1799 accretas in capitale transformare, uti hoc al.
 legato I factum est.

12^o Promissis accedit, quod Summa 10^m ff et 370^{ff} Thoma Lo.
 sienski acsi propria, iuxta allegatum I totum via exten.
 sionis super Summa 62^{ff} bonis Loranion et Luka antea
 in horente pronotata fuerint, principaliter autem super
 actibus Joannis Crarnecki proprio, super bonis Husiatyn
 radicata, hypothecata manserint, prouti vero non exorta
 insufficientia pignoris principalis, ut § 458 Cod: Civ: arbo.
 Araria extensio pignoris non valet, ita quoque cum Tiscum Reg.
 nec asserat, multo minus probet, se satisfactionem credi.
 tis Husiatyn non obtinuisse, aut obtinere non voluisse, ne.
 cessario fuit, cum jure ad petendam ex extensa hypotheca
 satisfactionem carere —

Quibus exceptis, Excelso Iudicio supplicatur, Tiscum Reg: cum
 pretensione inactionata abiciari, atque conventos a solutio.
 ne Summa 6655^{ff} 27^{ff} g. c. s. c. simpliciter liberari, imo
 actorem ad refundendas litiis expensas stringi —

Inspanowicz

Vres. 20 May 833

14817

Communicatum Fides regia ad
republicandum mltm 14 diei
Ponendum in Camilio (R. L. S.)
Notitiam Leopoli die 3 Junii 1833.

Munichum

15 Juny

18 Juny 833
29998. 7. 184

Ad

Excelsum Collegium Nobilium
Leopoliense

ad M^{um} 15099
833

Acceptio

D. Josephi et Felicie Com: Pans.
novskic contra

Collegium Reg: Instituto sacrorum cha-
ritatis Leopoli: assistentem

quinto solutionis sume
6655 27/6 g. e. s. c.
H

F. Tuffanowski

D. Josepho et Felicie Camiliario
Novoskic per Advocatum Tuffanowski

20 Maji 873

Excelsum Judicium!

A

Actione de pres. 3 Junii 872 ad N^o 15099 exhibita
 conventi Fiscus Reg. nomine Justituli Lororum
 Charitatis Leopoldi D.D. Josephum et Feliciam
 Com. Praworowskie qua proprietarios bonorum
 Loszniow et Luka wietka jure reali p^o coludis
 nij 8^o obssff 27 1/2 gr. in aux. hoto. c. r. c. ut A
 Prona Loszniow et Luka wietka quosita sunt ex
 massa olim Josephi L.B. Dulabki et quidem in publica
 licitatione anno 826 p^{er} C^o. Forum nobil^{is} Steu
 misteo p^o celebrata, atque vi conditionum liciti
 protensio^{is} Fiscus Reg. modo inactionata. ex majori
 summa 10000ff et annua pensionis 500ff olim
 Thomae Losiwetke propria, atque super summa
 62⁰⁰ff Joannis Crocznecki bonis Loszniow et Luka
 inhorente hypothecata, in prolium liciti non est
 imputata nec creditoribus ad pacificandum p^{ro}com.
 missa, ~~quinimo condita, quorum pacificator emptoris~~
 quare intuitu hujus protensionis heredes olim Josephi
 L.B. Dulabki modernos proprietarios prefatorum
 bonorum convincere tentatur. quia onera non p^{ro}com.
 missa supra ipsa pacificanda evasumpit.

[quo posterior ^{portionem} hereditatem
 ni se devolutam in rem
 Vincentii L.B. ^{Dulabki} ceperat.

B
 C
 D

Demortuo Josepho L.B. Dulabki succedunt proles ejus
 utpote Vincentius, Joannes, Hippolitus L.B. Dulabkie
 et Justina de L.B. Dulabkie Traszkiewicz ut B [et
 mortuo Vincentio filia ejus ^{Marianna Sophia} Sophia Messia bin.
 L.B. Dulabka ^{ut C} quod facta Hippoliti L.B. Dulabki devoluta
 est hereditas ad proles ejus Cyrilem, Alexandrum, Cara
lum, Michalinam, Ludovicum, et Etrician L.B. Dulabkie ut D
 Quapropter conventi D.D. Josephus et Felicia L.B. Com.
 Praworowskie litem hanc per Fiscum Reg. adversus
 ipsos intentatam heredibus olim Josephi L.B. Dulabki
 utpote Charianne Sophie L.B. Dulabka in assistentia matris ai

F. Massa parenti Joanni L.B.
 Dulabki per Curatorem D. Ado.
 Podchorzki ut C constitutum

F

ut F
Fabricij D. Rosa l. Dulzke 2^o voto Kaniemicka tum eidem
ipsi que Dominus adititititit substantia poss. vici Vincen
tuim Dulzke relicta - ~~Messa Jacenti Joannij L. B.~~

X

~~Dulzke per Curatorem speciale D. Ad. Rodakowski~~
~~Defensio ut F - porro Cyrillo et minoribus~~
Alexandro. Carolo Michalino. Octaviano, Ludovico et
Emilia L. B. Dulzke in apossentia matris ac Fabricij
D. Marianno de Tieleniowathie Dulzke ut G, F proren.

G

~~Item Justino de Dulzke~~
~~Traschewiczena~~

tibus denunciant atque eosdem de hac denunciatione
cum eo informati supplicent, ut defensionem eorum huius
pro ~~in excipiendis~~ ~~fundentis~~ vel ipsi suscipiant, vero si
multancia cum eorum non defendunt.

Ad forum
ad N^o 15099

832
D. D. Josephus et Felicia Com. Baworowethie
contra

Messa Jacenti Joannij Dulzke per Curatorem D. Ad. Rodakowski
Heredes olim Josephi L. B. Dulzke ulpote Mariannum Sophiam bini. L. B. Dulzke
in apossentia matris ac Fabricij D. Rosa l. Dulzke 2^o Kaniemicka
vici ~~convento~~ ~~Joannij~~ ~~Messa Jacenti Joannij L. B. Dulzke per Curatorem~~
~~D. Ad. Rodakowski~~ - Heredes Hippolyti L. B. Dulzke videlicet majorem nem Cyrillum
L. B. Dulzke et minoribus Alexandrum Carolum Michalinum, Octavianum
Ludovicum et Emiliam L. B. Dulzke per matrem et fabricem D. Mariannam
de Tieleniowathie L. B. Dulzke omnes in Tarnopol - ~~et Justinum de L. B.~~
Dulzke Traschewiczena

idem ex parte Socii Reg. nomine Justituti Lora.
rum Charitabilis Leopoldi pro solutionis summa
6655 fl. 276 gr. c. r. c. institutum denunciant.



Excelsum Fidei!

Actone De pros. 3. Junij 832. ad An.
1509. exhibita convenit Fiscus Reg.
nomine ^{institute} fororum Charitativ Leopoli
D. Josephum et Feliciam Com. Ba.
worowskie qua proprietarios bono-
rum Losniow et Luka wielka
jura reali puncto solutionis sumo
6655^{ff} 27 6 gr. in auro hold. v. s. c.
ut A
Bona Losniow ^{et Luka wielka} quasita sunt ex
massa olim Josephi L. B. Dulski
et quidem in publica licitatione
anno 826. penes C. R. Forum Nobil
Stanislawopolis celebrata, atque
si conditionum liciti pretensio per
Fiscum Reg. modo inactionata,
ex majori Summa 10000^{ff} et
annua pensione 500^{ff} olim Tho-
ma Losiewski propria, atque
super Summa 62^m ^{ff} Joannis
Czarniecki bonis Losniow et Lu-
ka inherente, hypothecata, pul-
lulans, in pretium liciti non est
imputata, nec emptoribus ad
pacificandum precommissa, qua-
re intuitu hujus pretensionis he-
redes olim Josephi L. B. Dulski
modernos proprietarios prefato-
rum bonorum evincere tenentur,
quia onera non precommissa
massa ipsa pacificanda coas-
sumpsit.

A.

B.

C.

D.

E.

F.

Demortuo Josepho L. B. Dulski duc.
cedunt proles ejus, utpote Vincentius
Joannes, Hippolitus L. B. Dulskie
et Justina de L. B. Dulskie Sarr.
Kiewicz ut B. qua posterior portio
nem in se devolutam in com Vincen-
tium L. B. Dulski ceserat. et mortuo
Vincentio filia ejus minorennis Ma-
rianna Sophia binom. L. B. Dulska
ut C. post fata Hippoliti L. B. Dul-
skie devoluta est hereditas ad pro-
les ejus: Cirilam, Alexandrum, Ca-
rolum, Michalinam, Octavianum,
Ludovicum, et Emiliam L. B. Dul-
skie ut D.

Quapropter conventi D. Jose-
phus et Felicia Com. Baworow-
skie litem hanc per Tiscum R.
adversus ipsos intestatam, heredi-
bus olim Josephi L. B. Dulski, ut-
pote massa juveni Joannis L. B.
Dulski, per curatorem D. adv. Roda-
kowskii ut E. constitutum Mari-
anno, Sophia L. B. Dulska in as-
sistentia matris ac tutricis D^{na}
Rose 1^o Dulska 2^e voto harmonice,
ha ut F. tum eidem ipsi, qua
domino ad vitalitiam substantia
post olim Vincentium Dulski ce-
lito - porro Cyrilla de Dulskie Mo-
rawska, et minorennibus Alexan-
dro, Carolo, Michalino, Octaviano,
Ludovico et Emilia L. B. Dulskie
in assistentia matris ac tutricis
D^{na} Marianno de Lieleniewskie

L. B.

G

L. B. Dulshad ut G. presentibus
denunciant, atque eodem
(de hac denunciatione cum eo in-
formari supplicant, ut defen-
sionem causae huius vel ipsi
suscipiant, vel vero simultanee
cum conventu eam defendant.

[Signature]

Vres. 20 May 833

14878

Communicatur hinc demmersatur
pro notitia et directione Decretum
In Consilio R. Fori Nobilissimi
Leopoli die 3^o Junii 1833.

Muhligem

15^o Junij

23^o 16^o Junij 833
Muhligem

29999. 7-184
22361

Ad

Excelsam R. Fori Nob. Leopoli

Obi N^o 15099

832.

D. Josephus et Felicia Com. Baworow
hinc contra

heredes olim Josephi L. B. Dulski, et prole
masculam Jacentem Joannis Dulski per heredes
receptorum D^o Adv. Roda Kowshi, Marianam
nam Sophiam benom Dulskam in assis-
sistentia matris ac tutricis D^o Rose L^o
L. B. Dulskam L^o Kamienieckia - Hore-
des Hippolyti L. B. Dulski scilicet ma-
jorem Cyrillam de Dulskie pro-
kawaska et minores Alexandrum
Carolam, Michalinam, Octavianum,
Ludovicum et Emiliam L. B. Dulskie
per matrem et tutricem D. Marianam
nam de Kieloniewskie L. B. Dulskam
omnes in Ternopol Circulo ejusdem
nominis -

litam ex parte Tisici Reg. no-
mine Institutum fororum Char-
tatis Leopoli puncto solutio-
nis summo 6655 p 276 gr. c. l. c.
instituta denunciant

D. Josephus et Felicia Com. Baworow
Baworowskie per Advocatum
Tuspanowski

Tuspanowski

23 V 1833

N^o 19809
830

Reverendum Forum!

Siveus C.A. in causa Instituti
sororum charitatis Leopold. con-
tra Josephum et Felicem Com:
Baworowski, pto 8055 p 27 29p
in auro hobb pond. e. sic origi-
nalia exceptionis ad N^o 14814
a. e. exhibita judicialiter vi-
suras Execlio, iudicio suppli-
cat eatenus terminum pofi-
gi Leopoli die 19^o Junij 1833

Geinoltz

[Handwritten signature]

Vres. 23 Junij 833

1856

Sine superandis hujus em-
ptionis vicibus terminus
in 7 Augusti 833.
horam 10. mat. pro quo
utraque pars adicitur
Decretum Consilii
N. Fori Leopoli die 7 Julii 833.

Inhibentur

12. Julii 833

1856i. ad 13. Julii 833

Inspectis originalium
allegatorum Exceptionis
eo superata est, quod fir-
mas R. allegatum sub N^o
1. in originalibus illius sub
N^o 2. et 3. in copiis tabu-
laribus producta fuisse de-
claraverit. - Decretum
in Consilio C. N. Fori Nob.
Leopoli die 7 Augi 833. -
Decretum in Consilio C.
N. Fori Nob. Leopoli die
7. Augusti 833. -

Historiandi

12. Aug. 1833

Rausch

Ad
Excelsum C. N. Forum
Nob. Leopoli

ad N^o 4817
833

Fiscus leg. in causa Instituti
sororum charitatis Leopoli

Josephum et Felicem Com.
Rauvoroskie pto 6655/2
276 gr in auro holl. pond.
c. s. c.

ad inspicienda origina-
lia allegatorum excep-
tionis terminum prohi-
bi supplicat

In duplo -

Adus ap. l. D. Sussanow

h.

prodato Sussanowski.



21 I 1834

12

Excelsum Iudicium!

CR Fiscus nomine Instituti
ti sororum Charitatis agens
in causa contra D.D. Josephum
et Felicianam Com. Pramoran.
Kied p. 1000 Tom. 1. 1855 p. 276
gr. in cur. koll. exhibuit sub no.
20 Abri 833 ad. N^o 37236. Re-
plicam, huicque plura allegata
in copiis simplicibus iunctis. Con-
venti originalia horum allegato-
rum visari Excelsi Iudicio sup-
plicavit ad superandam inspec-
tionem terminum profigi, ad eum-
que ambas partes aditari.

Tuppanowsky

12 ~~Q~~

Pres. 21 Janu 834

1990

fine superanda hujus
inspectionis utraq pars
die 26 febr: 834 hor 10 mat
hui Reg Fori comparecit.

Decretum in Cons C R
Fori Nobil Leopoli
die 28^a Januarii 834.

21 febr
24 5 febr 834
Schreyer
Kobylitz

Ad

Excelsam C R Forum Nobilitatis

Leopoliense

ad No^m 97233
833

42493. T. 241

De edita sub haduino per D. Adm. Supt.
nowski in eo declaratione, quod allegata
replies - N pro originali et Del b
pro copia tabulari simpliciter agnosca
partes informantur. Dec in Consilio C R
fori nobil Leopoli 26 febr 834

D. Josephus et Felicia Com.

Praveroskic

contra

Fiscum Reg. nomine Institute so-
rorum Charitatis Leopoli

in causa puncto solutionis Sum-
me 8855, 1/2 278 gr. in cur. holl.

ad superandam Inspectionem origi-
nalem Replica terminosum profigi
supplicavit

in 2 pels

J. Tustanowski

Long 241

4. in 1834
ad 6. In 1834

4

Exhibenti.

J. Tustanowski

Com

28 J 1834



Excepum Judicium!

A. D. Josephus et Felicia Com-
 Baworowskie in causa Ch.
 Sisi nomine Institutii soror,
 rum Charitatis Leopoldien,
 sis punito solutionis sum,
 me 665 pp 27/6/34 in cur,
 ro hods agentis. primam
 trium mensium ad dies
 plicandum petunt Dila-
 tionem, quia Ch. Sifus
 " Replid plura nova
 junxit Allegata, quorum
 Originalia non dum visa
 et terminus ad Inspe-
 tionem non dum die,
 tui est.
 Quare Setto huius Defensi
 Excepso Judicio suppli-
 catur.

Stephanowsky

14304
Vno. 28 Junii 1834

2859

Assuritur a consueper in tri
duo declarat sup sigae conuenit
Decretum in Consilio (R. F. J. S.)
Nobilitum Leopoldi die 3 Fe
bruarii 1834

Re. Circumdi.

19. sic 834
ad 20. Summa
93440 T. 184.

ad

Excerptum Cos. Reg. Forum
Nobilitum Leopoldense

ad 434235.
833

47

D. D. Josephus et Felicia Com
Baronowicz

contra

Siscum Reg nomine Institutu
sororum Charitatis Leop.

in causa punito fo
tationis summe
6655 ff. 27/28 in
ann. hold. c. s. c.

primam 3 Manfium ad
duplicandum petunt di
lationem

in 2/10

f. Tuffanowsky

DD Josepho et Felicia Comitibus
Baronowicz per Advocatum
D. Tuffanowsky

1834 4/8



Excelsam Judicium!

R.D. Josephus et Felicia cum
 Barrowense in causa M.
 Tiji nomine Institutio Bon,
 rum Charitatis Leopoldiensis
 puncto solutionis Summo
 Obss^{ff} 24^{ly} in euro holi
 tertiam huius mensium
 ad Duplicationem petat Dela
 tionem - quia Defensionis
 adminicula in negotio hac
 inveterato - ubi supplicam,
 et jure reali conveniantur
 et jussuator supplicantium
 bona ex quibus satisfactio
 protenditur, in publica li
 citatione emitt. tam cito.
 si hoc brevi a Deo supe
 rato suspitionis Crigi
 natium Duplice ^{tempore} Congui
 re non potuerunt, et ne
 reparo pro fumentis - qui
 in re tertij versantur -
 longius tempore spatium
 ad conquirenda admini
 nicula concedendum est.
 Inare D. d. huius Defensio
 Excelsam Judicio supplicatur

Detitum precedentis Dilationis
sub 24 72

Josephus

Pres 4 Aug 1834

24079

Declaratio de demeritis CA Lincun
in triplex suscipere accensus.
Decretum in Curia de S. Jui
Nobilitate Leopoli die 17 An
quarta 1834.

Leopoldus
20
20 Aug 1834
P. H. H. H.

52978 L. 184

Edictum Curie Torun Nob
Leopoliense

ad 14 1834
834.

L. D. Josephus et Felicia Com
Pravosylie
conten

Trium Reg. nomine Justit.
tati sororum quantitas legum

in causa puncto volum.
tici summo 66557
276 gr.

tertiam trium mensium ad
Duplicationem petunt et
lacionem

in 276 gr. F. Hoffmann

De Josepho et Felicia Com
sororum per Advocatum
F. Hoffmann

Excelsum Forum!

Fiscus A. nomine Institutio
 Sororum Charitatis Leopoldianae
 sis in causa contra D. Jo.
 Sefhum et Feliciam Conites
 Saworowskie punito solutio-
 nis Summe Obv. 27¹/₂ gr.
 super petito Conventuum
 pro concedenda iisdem ter-
 tia trium mensium ad
 duplicandum ditatione
 ad Ann. 24079 die 4. Augusti
 a. c. exhibito sibi adu. desu-
 per declarandum comunica-
 to hincque sub j. recluso,
 negative sese declarat. Et
 enim negatur negotium
 tam esse inveteratum, ut nece-
 saria defensionis adminicula
 adu.que exigui non potue-
 rant, idque eo minus ac
 Replica conventus adhuc die
 14. Januarii, eoque ante
 7. menses admanuata este-
 terit - supplicantes abhinc
 sufficiens tempus conqui-
 rendorum adminiculorum
 habuerunt, imo et sic et
 tam excessiva causa hujus
 protractio summopere in

orig. am. Alleg

proju.
/

Dicium rogat.

Quare petita Dilatione Denegari
vel eandem factem ad brevi-
us tempus restringi sup-
plicatur. —

Leopoli die 22. Augusti 1804.

Huber

V. res. 25 August 1834

26422

1557.

Petite tertie ad duplicandum
dilatatione in toto denegatur

ex quo inde accerta petita
dilatationis momenta sola ne
gatione Tisci sequi diluuntur
et alioquin essentur a system
membris quo replica scribi
lata fuit, sufficientis tempus
ad conquirenda in hac minoris

Ad
Excelsum Ch. Forum No.
bilium Leopoldense
Ad Am 24079/834

Opposito

momenti adminicula et cum
in eandem duplicam habent.
Decreto in Curia R.
San. Nobilem Lepoli di 26
Augusti 1834.

Tisci Ch. nomine Institutio
forum Charitatis Leo-
poldensis

contra

DD Josephum et Feliciam
Comites Beaurowskie

12 Aug.

29. 19 Aug 1834 Distinctum
55068 T. 302

puncto solutionis sum-
me 6655/27 gr super
petito pro concedenda tertie
triū mensium ad dupli-
candum dilatatione ad
Am 24079 a. c. exhibit.

Advoc. Contrap. S. Tustanowski.

DD Josepho et Felici Comitibus
Beaurowskie, no Advocatum Tustanowski



Excelsum Iudicium!

Dni Josephus et Felicia Com. Bavoronshie Conventi Re-
plicam Fisci Reg. actoris puncto solutionis Summo 6655 pp 27/69
nomine Instituti Sororum Charitatis Leopold agentis de p^o 20. F. 18
833 ad N^o 37235. esibitam, sequenti cidentur Duplice -

ad 1) Fiscus Reg. non probat, Conventi autem negant, ac si olim Jose-
phus Pulski Summam 62^{qu} apud Joannem Charnocki titulo mutui
contraxisset, negant ac si posterior priori eandem Summam in numeris
aureis pronumerasset, protensa probatio ex allegato Ab nullam fe-
cit fidem, dum documenta scriptis causalibus allegata, et circa in-
spectionem in originali non producta, juxta legem § 197 e. j. nec
ad rotulum actorum ~~exteriorum~~ recipienda, nec circa definitionem cause
reflectenda veniant, parum autem prodest provocasse, quod origina-
le instrumentum circa intabulationem vel obturationem productum
fuerit, dum citata lex non Tabulo Reg. sed contraparte originaliter
inventanda precipiat, neque proter partem conventam quicquam
alius competentia gaudeat super genuinitate et authenticitate docu-
mentorum actoris allegatorum cognoscendi, utique etiam documentum
falsificatum vel adlaboratum intabulari ac obturari potest, dummodo
formalitatibus prescriptis fuerit provisum -

Neque obstat, quod tempus 3 annorum 18. septimanarum ad in-
purandam intabulationem juxta § VIII Part. tab. sit effluxum, ex
inde id solum sequitur, quod hocce termino frustra elapso, contraditio
adversus effectuatam intabulationem via tabulari amplius suscipi
nequeat, atque hypotheca perinde quovantiquata evadat, aff li

quiditatem ipsius protensionis ex non subsecuta impugnatione in
tabulationis perperam derivabis. Tabula enim securitatem et non li-
quiditatem docet, tribuit possessionem et jus prolationis, atq. validita-
tem ipsorum juriu[m] intabulationum non decidit, de cetero ex non
subsecuta impugnatione, eo minus jura quodam derivare licet,
ae negetur, Josephum Dulski de intabulatione Sumo 62^o ff
unquam informatum fuisse.

Non controversatur penes contractum obligatoriu[m] pactum mutui
valide consistere posse, atq. hoc mutuum legitime probare oportet
id quod actor non fecit, separatim enim chyrographum pronumera-
ti mutui nec asserit nec probat, contractum autem obligatoriu[m]
alioquin legibus damnatum in originali non producit, quare ni-
hil est, quod existentiam mutui monstraret, his accedit, quod circa
contractum A consensus partes utriusque deficiat, dum Joannes
Carnnecki questionis Instrumentum haud subscripsit, negatur
autem aesi hoc documentum qua simplex chyrographum spectari pos-
sit, diserte namque a Capite nomine contractus insignitur, et
in tenore utrique parti, tum obligationes imponuntur, tum jura
tribuuntur, est itaque pactum bilaterale, quod ab uno solum pa-
riscente subscriptum ob defectum consensus rectore destituitur, proin-
de etiam qua pactum non perfectum nihil probat.

ad 2) Non probatur ut superius deductum liquiditate Sumo principa-
lis, deficit fundus ex quo satisfactio protensionis superpromotata
peti possit, allegatum L qua in copiae simplici productum pla-
ne nullam meretur reflexionem, neque prodest provocasse ad Ex-
tractum tabularem E quae intabulatio, ut jam superius monitum
genuinitatem documentorum non probat, Ceterum Sumo 62^o ff
qua pacificata nec liquida esse potest nec obstante 30 an.



nonum. prescriptione amplius sive in toto sive in parte pro-
tendi valet -

ad 3) Cum Replicans tam in actione quam in Replicata n. 7. licet con-
tradictorie sufficeret, partem Sumo 62 msp, quae modo in actione necesse,
necesse esse pacificatam, hinc pro solutione itaque saltem hujus
partis ab anno 794 usque potuit, dumque pars actorea cognoscit
hoc obtutu nullos sit judiciales sit extrajudiciales gressus fuisse
instabulos, hinc merito proscriptio 30 annorum opponitur, pro-
reca estabulatio Sumo 62 msp ad petendum creditoris Joannis Car-
necki, et non debitoris Josephi Dulski disposita esse apparet,
quare relate ad Josephum Dulski circa estabulationem anno
effectuatam nullas partes habentem, proscriptio sive totius
Sumo 62 msp sive partes ejusdem ab anno 794 continuo absque
interruptione currit, et longe ante exhibitum presentis cause
actionem est consummata -

Porro pacificatio Sumo 62 msp ante 26 Martii 802 locum
habuisse debuit, ab hoc inde tempore successores Thome Losic-
ski ad restantem non estabulata partem hujus Sumo jura sua
usque ad exhibitum sub no. 3 Junii 832 actionem valida non
reddiderant, posito itaque non admisso etiam proscriptio a die
26 Martii 802 qua momento petita post asseritam pacificationem
estabulationis computari deberet, hoc tamen pro consummata jam
censeri debet, quia semper assumendum est, quod post paci-
ficationem, ad illam partem Sumo, quae non estabulata relicta
est, vel Joannes Carnecki vel vero successores Thome Lo-

sienowski jura habuerant, quo dum spatia 30 annorum a die
28 Martii 1802 computata adversus possessores bonorum Tass-
nion et Luka valida non sunt reddita, proscriptio ex-
tinctiva ipso facto cessavit.

ad 4) Citato excipiendo leges in specie. Decret. aut. n^o 18. 9^{bris} 1796
N. 324. discrete praecipit, quod quilibet pronotatus etiam absque
adversione contrapartes spatia 14 dierum justificanda, vel vero pro
casu impeditiois dilatio ad justificationem exhibendam sit espe-
tenda, sive igitur pronotatus concepta e Tabulis sit expumeta, sive
non, dummodo legitime non justificetur, ipso facto vim amittit
omninoque tempore deleri potest - neque Sententia ut ~~se~~ pro ju-
stificatione summi potest, pronotata enim Summa 10000^{fl} sive
extensionis concepta habetur, actio itaque justificatoria non ad com-
probendam liquiditatem debiti, sed ad demonstrandam insufficien-
tiam hypothecae tendere debet, uti id expresse Decret. aut. 19. 8^{bris}
1798 et Pat. ex^o 22. Aprilis 1794 N. 177. § 13 et 14 sonat, ha-
jusmodi actio ex parte Sici Reg. vel eius jurisdicatorum haudum
non exest instituta, quare pronotatio effectum juris pignoris ha-
bere nequit, obstat denique juri partis actores etiam proscripta
adquisito namque anno 1798 jure pignoris super Summa 69^{mp}
hujus jure sive exponendo Summam hypothecae obnoxiam executioni
sive attributionem ejus petendo, ab illo tempore adversus ipsos bo-
norum Tassnion et Luka proprietarius exerceri potest, neque
in casu obvio ad consummandam proscriptioem spatium 40 annorum
requiritur, dum cursus proscriptiois adversus personas non pro-
vilegiatas, respective adversus Apoloniam Lukienicovam et Anto-
nium Lukienicz inchoavit, subsequa itaque adquisitio jure



ex parte personae privilegiate ordinarium tempus prescriptionis
 in extraordinarium non transformatur, utique proprietarii bonorum
 Losoniorum et Lika nil ad agendum habent cum Thoma Losionensi
 vel ejus successoribus, sed tantum cum Joanne Czernecki, et suc-
 ficit juri ejus ad vindicandam Summam 62^{ms} vel ejus partem
 prescriptam esse.

ad 5) Esto Summam 62^{ms} 27^{1/2} gr. contra Joannem Czernecki liquidam
 esse, id tamen actorem non juvat, nec obligationem Consentorum
 ad prestandam solutionem producit, cum liquiditatem Summæ 10^{ms}
 qua partibus Summæ 62^{ms}, nec unquam evicavit, nec etiam nunc pro
 agnosceda ejus liquiditate agat, atque obstante prescriptione
 et esteneto omni jure, amplius pro eadem agere nequit.

ad 6) Item superioris monitum habetur, quod Sententia R. contra Joannem
 Czernecki absentem nec rite defensum prolata, Consentos non obliget,
 unde negationes excipiendo prolata in robore persistunt. Allegatur
 O. P. nec titulum petendi successorum Losionensium, nec moni-
 tum protensi mutui demonstrant, dum eadem teste Resoluta
 26 Feb. 834 ad N^o 1990 sub N^o 4. in copia simplici produ-
 ta nullam plane fidem faciunt.

N^o 4

Quoad pensionem annuam 500 sp. negatur, quod hoc usque
 qua donatio remuneratoria pro prestatis servitiis ex grege animarum
 inscripta fuerit Instrumentum. P. ut superioris dictum proba-
 tionem non facit, stante vero eo, quod hoc pensio consueque pen-
 sionem stipulabatur, donec Summa 10^{ms} retro soluta non fuerit,
 usurarum servitiis in pretulo est, neque excusat citatos excipiendo

leges esse tempore posteriores quam inscriptionis albis inventio.
nate pensionis, dum iisdem mensura usurarum categorice
determinetur, ita ut si pactum mutui has leges tempore
proceperit sive subsequatur a die publicatio legis modus usura-
rum legalis excedi, majoresque pro futuro usura protendi
nequeant.

Aequo non deducit Fiscus Reg. Institutum sororum Charitati-
tis jus ad Summas Lesienstianas legitime quasi ipse, Extrac-
tus tabularis E prohibet possessionem affinis possidendi non pro-
bat neque titulum translati juris evincit, quocirca sufficit ne-
gare nisi hereditas Thomae Lesiensti in Apolloniam Luthie-
niam transivisset, eademque partem Summa 1255 ad dictam
haberet. Sententia sub R pronuntiat obligationem Joannis
Carmelki pro re Institutum sororum Charitatis Summam 1255 sp.
 $27/6$ gr. solvendi, aff originem hujus Summa atque titulum ad-
quisitionis, num scilicet, tum quibus modis quostionis Summa
in proprietatem Institutum sororum charitatis devenit non
prohibet, quocirca deficit contentio Fiscus Reg. competentiam Sum-
mas Lesienstianas vindicandi.

ad D Republicans definitam sanctionem legis S 455. e. e. disputat,
enim vero citata lex clare praecipit, quod proprietarius pigno-
ris vel hypothecae solum in illo casu, si de ulteriori assignatura
tione informatus fuerit, creditori suo absque assensu creditoris
superintabulari solutionem prestare nequeat, quocirca res
vel bonum vinculo pignoris non solveretur, unde per se fluit,

quod debitor de superhypotheca non informatus creditori tunc
 solvere possit, ita ut omne jus pignoris cesset, quare etiam ex
 hoc capite proprietarii bonorum Lazzariorum et Turcha, quos de
 supernovatione informatos non fuisse ipsa pars actorum agno-
 scit, ab omni obligatione erga creditorem supernovantem liberi
 censeri debent.

De reliquis acceptatur agnitio Replikantes, quod jus reale
 quoddam Sumas 10000ff et 500ff nullam determinatam mone-
 to speciem amplectatur, atque ad nummos aureos se non exten-
 dat, dum in genere floreni polonicales et non nummi aurei pro-
 notati esse conspiciuntur, unde sequitur, quod dum pretensio
 in actionem unice juri reali superstruatur etiam in praesenti
 casu Conventi in jure realis ad solutionem in auro prestandam
 obligari non possent, secus enim plus esset in effectu quam in
 causa, hypotheca pro florenis constituta non tribuit jus num-
 mos aureos petendi alioquin in Allegatis C. P. numerus au-
 reorum nummosum expressus non est, et annua pensio per 500ff
 quo in actu Divisionis L. arbitrarie ad Summam 3000ff
 evaluata, nunquam pro liquida agnita fuit, nec etiam nunc
 liquiditas ejus agnoscenda petitur.

ad 8). Acceptatur agnitio Replikantes, quod bona Lazzariorum et Turcha
 in publica licitatione per conventos sit acquisita, quodque in
 actionatum onus ad deponendum non sit praecommissum, ex hac

agnitione libertatis Conventorum a ferendo questionis onere sua
sponte resultat, neque hui §. 443 c. c. applicationem patitur
dum onera ad deponentium non processerunt ad pretium bono-
rum regulata manserunt, ex pretio itaque et non ex ipsis
bonis Titulus Reg. satisfactionem querat oportet.

ad 9) Per intabulationem inactionatae protestationis in statu passivo
Titulus Reg. §. 9 m. p., ius reale quoad eandem Summam, non actum
etiam quoad ipsa bona acquisitum est, quare in obversum
legis §. 461. et 447 c. c. actor processit, dum non ex immediata
hypotheca sed ex ipsis bonis satisfactionem querendum inten-
det, siquidem proprietarii bonorum Lesionum et Tituli vinculo
reali nullo cum successoribus Lesionistis ligantur.

ad 10) Acceptata cognitio Duplicantis, quod conventi neque ex lege
neque ex pacto neque Mandato Iudicis ad solutionem usum
verum obligentur, sane enim ex lege obligatio hoc derivari
nequit, quia nulla lex duplicantibus terminum solutionis in-
actionata Titulo praefigit, proin etiam nulla mora intercedit
sed etiam ex pacto vel Iudicis Mandato, nulla adest obliga-
tio usum solvendi, fundamentum enim petitionis reperitur
tunc in actu divisionali Titulo in Sententia Reg., actum
Reg. neque conventi neque eorum iurisdictiones intraxerunt, Sen-
tentia Reg. contra Duplicantes etiam non obstat, hinc defi-
cit omnis titulus solutionem usum petendi.

Pro omni tamen eventu opituletur duplicantibus prescriptis
 triennales dum contra partem agnoscat, quod solutionem sive confi-
 talis sive usurarum adversus proprietarios bonorum Losoniorum
 et Luka nunquam prosecuebatur, executio Sententiae sub
M. Joannem Bevnecski nullatenus vero duplicantes efficien-
 bat, sed posito non admisso etiam prescriptis a tempore deere-
 to sub die 17 Martii 829 ut M. attributionis computaretur,
 triennales prescriptis tamen est consumata, quia a die 17 Martii
 829 usque ad momentum exhibitio sub ps 3 Junii 832 actio-
 nis plus quam tres anni absque omni prosecutione sumpt-
 efflusi -

ad 11) Actus divisionis ut L. unilateraliter absque interventione partis
 debitorum confectus non obligat, sufficit itaque negare aesi pen-
 sio vel usurae tempore absentis computus L. restantes fuissent,
 quare in pessimo casu non nisi restans capitale 4300ff nullate-
 nus vero protestante ante annum 799 restantes pensionis et usu-
 rarum protendi possunt, haec enim coagulationis in computus L.
 arbitrarie erat facta, proinde debitorum non obligat, neque ex que-
 ratione Michaelis Losiewski super Summa 8835ff ad liquidi-
 tatem quanti 8655ff concludere licet, quinimo strictius in
 rem indagando, si reliqua omnia non offlarent, vi juris realis
 neque Summa 4300ff peti potest, et enim ex Summa 6200ff non
 nisi residuum 1800ff in securitatem et pacificationem totius proten-

sionis Lesiensis est relicta, quare anno 802 non nisi
hoc quatenus 10^m bona Lesieniam onerabat, iuxta allegatum G
ex his 10^m exsoluta et establata est anno 803 quatenus 883^m
unde ex fundo in pacificationem protensionis Lesiensis re-
licta remansit penes bona Lesieniam et Luta adhuc quatenus re-
solvit 1175^m, quo jure pignoris pro protensione successorum
Thomo Lesienski ligatur, solutio itaque Sumo 1855^m 27^m 18^m
cum usuris ab anno 822 fundum satisfactionis penes bona
relictum longe excedentes infundatissime appetitur
ad 12) Hypotheca via extensionis consecuta juxta leges superioris cita-
tas non nisi in casu insufficientis efficax reddi potest. Liseo
Reg. itaque subsidiariam hypothecam aggredi non licet,
nisi prius insufficientia fundi obtinendo satisfactionis ex prin-
cipali hypotheca fuerit comprobata, id quod in casu obvio eo
magis valet, ac via extensionis non intulatio, sed non nisi
prostatu hodieum non justificata concessa habeatur
Quibus duplicatis conclusioni exceptionis inhaeretur et liti
expense sub N. S. liquidantur -

Tuffanowsky

N. 35746
837.

Notitia

De sententiam lris A. Jori Nob. Leopoldi die 18 Martij 835. pro-
latam,

imo Joannes Carnecki vigore instrumenti dt. 29. Januarii 783. sub
C. replicando producti, inscripsit cum Thoma Losiewski sum-
10000 fl et medio documenti P. de eodem dato, obligavit se eadem
annue questam 500 fl tamdiu solvere, donec capitale 10000 fl
pacificatum fuerit, seruis facta divisione, inter heredes Gredito-
ris, pretensio haec cum restantibus usuris et restanti hac annua
pensione ad 15500 fl obligata, in quanto 8874 fl 2 1/2 gr. Michae-
li Losiewski, et in quanto 6655 fl 27 1/2 gr. Apolonis Losiewski ca-
post nuptas Lubielow obtigit ut S. et 9. ulterius Sa 6655 fl 27 1/2 gr.
ab hac in Antonium Schiwiz et ab eodem in institutum So-
rorum Charitatis devoluta est ut H. et 7. fiscus R. nomine ul-
timi civitatis eadem cum usuris a 1. Martij 822. contra ori-
ginarium debitorem Joannem Carnecki, medio sententia h. dt.
22. Octobris 827. N. 24944. cum se Sa 10000 flott super summa
62000 flott bonis Losniow et Lika wielka inherente, intabulata,
et haec 62000 flott nisi in parte usq. ad 10000 flott extabula-
ta fuerit, fiscus R. via executionis sententia W. exinde talem
quotam sibi attribui fecit, qualis in satisfactionem civitatis pro-
tensionis sufficit, hinc immixit quotam hanc sibi attributam
id est 6655 flott 27 1/2 gr. cum usuris per 5 / 100 a 1. Martij 822. ex
jure reali contra modernos proprietarios bonorum Losniow
et Lika iniectionavit. Et his clarum est, quod fiscus R. non
quia creditor Joannis Carnecki bona Losniow subpignorans,
sed quia juris creditor hujusce Joannis Carnecki, sed quia
proprietarius partu Sa 62000 fl immediate bona praefata
gravantis consurgit, factam attributionem pro principali
fundamento contra conventos adducendo. His stantibus non
agitur de liquiditate summarum 10000 fl et 500 fl relate ad mo-
deratos conventos, utpote contra debitorem Carnecki jam civi-
ta, attamen quoad liquiditatem Sa 62000 fl cujus partem fisci-
cus R. sibi attributam habet, per conventos in dubium vocatam

moneri debet, quod

2^o Fiscus R. liquiditatem huiusce $\text{Sc} 62000 \text{ fl}$ probare non
teneatur, quia omnis tabularum adhuc existens, atq. usua-
pione tabulari roboratum bona fide acquisivit, quo reflexo
Conventi fisco R. exceptiones sors contra priorem proprietar-
ium oneris formandas obmovere nequeunt, quare etiam
non obstat, quod fiscus R. documentum a. in originali non
produxerit, siquidem illud die 26. May 794. adhuc intabula-
tum, et in termino legali non impugnatum fuit,

3^o Non obstat obmota per Conventos solutio $\text{Sc} 62000 \text{ fl}$ nam
circumstantis, quod et quando solutio sit prestita, non pro-
sentur, non produciatur enim quietantia Creditoris prin-
cipalis de obtenta satisfactione $\text{Sc} 62000 \text{ fl}$ atq. allegatum
L. actionando productum desuper nullam constituit pro-
bam, documentum enim hoc est petitorium tabulare ad huc
jus forum sub pres. 26. Martij 802. N. 7970. exhibitum,
in quo Joannes Carnelli extabulationem $\text{Sc} 62000 \text{ fl}$ acce-
soluto, et acquietatis, p. relicto fundo satisfactionis pro $\text{Sc} 10000 \text{ fl}$
pro re Suiseporum Thomas, Sosiewski, anhelavit subsecuta
igitur acce solutio huius Sc quietantia hanc producta, in petito
solum aperitur, at nihil probatur, huic porro accedit, quod
dum jam ipsa solutio prestita probata non est, commisit tem-
pus prestatae solutionis per Conventos probatum sit, quod tamen,
ut Conventi a repetita solutione liberari valeant, probandum
fuisse, nam si ante prenotationem suboneris 10000 fl solutio
 $\text{Sc} 62000 \text{ fl}$ prestita fuisse, tunc non delecto in Tabula R. debito
principali super onus solite acquiri potuerat, nam licet
S. 469. C. C. solutione debiti jus pignoris cesset, tamen res hy-
pothecis onerosa tam diu obligata manet, donec documen-
tum in libris publicis deletur, non obstat et igitur obligationi
semel jam satisfactum fuisse. Jam vero prestita solutio eo so-
lum in casu reflexione digna esset, si eadem post obtentam

23

prenotationem suboneris 10000^{fr} facta, et proprietarium hypothecarum de subonere informatus non fuisset, vi §. 1595. l. c. ad licet per fiscum R. non probetur, quod proprietarii hypothecarum de subsecuta suboneratione informati fuerint, tamen uti supradictum tempus praestitit aucti solutionis probatum non est, in genere, adeoque post subonerationem etiam nam

